

# **Rosarium Beatae Mariae Virginis**

## *Introductio*

**Deus, in auditórium meum inténde.**  
*Dómine, ad adiuvándum me festína.*

**Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.**  
*Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sæcula sæculórum.*  
*Amen.*

## **Credo**

**Credo in Deum Patrem omnipoténtem,**  
Creatorem caeli et terrae,  
et in Iesum Christum, Filium Eius unicum, Dominum nostrum,  
qui concéptus est de Spíritu Sancto,  
natus ex Maria Virgine,  
passus sub Póntio Piláto,  
crucifixus, mórtuus, et sepúltus, descéndit ad íferos,  
tértia die resurréxit a mórtuis,  
ascéndit ad caelos,  
sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis,  
inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos.

Et in Spíritum Sanctum,  
sanctam Ecclésiam cathólicam,  
sanctórum communiónem,  
remissiónem peccatórum,  
carnis resurrectióne,  
vitam aetérnam.

Amen.

## **Pater noster**

**Pater noster**, qui es in cælis:  
sanctificétur Nomen Tuum:  
advéniat Regnum Tuum:  
fiat volúntas Tua,  
sicut in cælo, et in terra.  
Panem nostrum  
cotidiánum da nobis hódie,

et dimítte nobis débita nostra,  
sicut et nos  
dimíttimus debitóribus nostris.  
et ne nos indúcas in tentatióne;  
sed líbera nos a Malo.

Amen

## Ave Maria (Fe, Spes, Caritas)

**Ave, Maria,** grátia plena,  
Dóminus tecum.  
Benedícta tu in muliéribus,  
et benedíctus fructus ventris tui, Iesus.  
Sancta María, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatóribus,  
nunc et in hora mortis nostrae.

Amen.

## Gloria

**Glória** Patri  
et Fílio  
et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio,  
et nunc et semper  
et in sácula sáculórum.

Amen.

## MYSTERIA GAUDII (*Feria II et Sabbato*)

### PRIMUM MYSTERIUM – Angelus Dómini nuntiavit Mariæ



“In mense autem sexto missus est angelus Gabrihel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo David et nomen virginis Maria et ingressus angelus ad eam dixit have gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus quae cum vidisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio et ait angelus ei ne timeas Maria invenisti enim gratiam apud Deum ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius Iesum hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in aeternum et regni eius non erit finis dixit autem Maria ad angelum quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco et respondens angelus dixit ei Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi ideoque et quod nascetur sanctum vocabitur Filius Dei et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senecta sua et hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis quia non erit impossibile apud Deum omne verbum dixit autem Maria ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum et discessit ab illa angelus (*Lc 1,26-38*)

### 1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

#### Oratio Fátimae

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

## **SECUNDUM MYSTERIUM – María Elísabeth vísitat**



“Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda et intravit in domum Zacchariae et salutavit Elisabeth et factum est ut audivit salutationem Mariae Elisabeth exultavit infans in utero eius et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth et exclamavit voce magna et dixit benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero meo et beata quae credidit quoniam perficiuntur ea quae dicta sunt ei a Domino”». (*Lc 1,39-45*)

**1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA**

### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

## **TERTIUM MYSTERIUM – Iesus in Béthleem náscitur**



“Factum est autem in diebus illis exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis haec descriptio prima facta est praeside Syriae Cyrino et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate

Nazareth in Iudeam civitatem David quae vocatur Bethleem eo quod esset de domo et familia David ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnate factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies ut pareret et peperit filium suum primogenitum et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio quia non erat eis locus in diversorio”. (*Lc 2,1-7*)

### **1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA**

#### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

#### ***QUARTUM MYSTERIUM – Puer Jesus in templo præsentatur***



“ et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Mosi tulerunt illum in Hierusalem ut sisterent eum Domino sicut scriptum est in lege Domini quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturum aut duos pullos columbarum”. (*Lc 2,22-24*)

### **1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA**

#### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

## **QUINTUM MYSTERIUM – *Puer Iesus in templo invenitur***



“Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die sollemni paschae et cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis in Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi consummatisque diebus cum redirent remansit puer Iesus in Hierusalem et non cognoverunt parentes eius existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos et non invenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum et factum est post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos et interrogantem stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius et videntes admirati sunt et dixit mater eius ad illum fili quid fecisti nobis sic ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te et ait ad illos quid est quod me quaerebatis nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos”. (Lc 2,41-50)

**1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA**

**Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

---

## MYSTERIA LUCIS (Feria V)

### PRIMUM MYSTERIUM – Jesus in Iordáne baptizátur




“Tunc venit Jesus a Galilaea in Iordanen ad Iohannem ut baptizaretur ab eo Iohannes autem prohibebat eum dicens ego a te debo baptizari et tu venis ad me respondens autem Jesus dixit ei sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam tunc dimisit eum baptizatus autem confestim ascendit de aqua et ecce aperti sunt ei caeli et vidit Spiritum Dei descendenter sicut columbam venientem super se et ecce vox de caelis dicens hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui”. (Mt 3,13-17)

**1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA**

#### Oratio Fátimae

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

### SECUNDUM MYSTERIUM – Jesus apud CanéNSE matrimónium se autorevélat



“Et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilæae et erat mater Iesu ibi vocatus est

*autem ibi et Iesus et discipuli eius ad nuptias et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum vinum non habent et dicit ei Iesus quid mihi et tibi est mulier nondum venit hora mea dicit mater eius ministris quodcumque dixerit vobis facite erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem Iudeorum capientes singulae metretas binas vel ternas dicit eis Iesus implete hydrias aqua et impleverunt eas usque ad summum et dicit eis Iesus haurite nunc et ferte architriclino et tulerunt ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam et non sciebat unde esset ministri autem sciebant qui haurierant aquam vocat sponsum architriclinus et dicit ei omnis homo primum bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est tu servasti bonum vinum usque adhuc hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et manifestavit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius” (Gv 2,1-11)*

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

### **TERTIUM MYSTERIUM – *Iesus regnum Dei proclamat et ad conversiónem invitat***



*“Postquam autem traditus est Iohannes venit Iesus in Galilæam praedicans evangelium regni Dei et dicens quoniam impletum est tempus et adpropinquavit regnum Dei paenitemini et credite evangelio” (Mc 1,14-15)*

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

## **QUARTUM MYSTERIUM – *Iesus in monte transfigurátur***




“Factum est autem post haec verba fere dies octo et adsumpsit Petrum et Iohannem et Iacobum et ascendit in montem ut oraret et factum est dum oraret species vultus eius altera et vestitus eius albus refulgens et ecce duo viri loquebantur cum illo erant autem Moses et Helias visi in maiestate et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem Petrus vero et qui cum illo gravati erant somno et evigilantes viderunt maiestatem eius et duos viros qui stabant cum illo et factum est cum discederent ab illo ait Petrus ad Iesum praeceptor bonum est nos hic esse et faciamus tria tabernacula unum tibi et unum Mosi et unum Heliae nesciens quid diceret haec autem illo loquente facta est nubes et obumbravit eos et timuerunt intrantibus illis in nubem et vox facta est de nube dicens hic est Filius meus electus ipsum audite” (Lc 9,28-35)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### ***Oratio Fátimae***

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

## **QUINTUM MYSTERIUM – *Iesus Eucharístiam instituit***



“Et manducantibus illis accepit Iesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait sumite

*hoc est corpus meum et accepto calice gratias agens dedit eis et biberunt ex illo omnes et ait illis hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effunditur". (Mc 14,22-24)*

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

---

### **MYSTERIA DOLORIS (*Feria III et Feria VI*)**

**PRIMUM MYSTERIUM – Jesus in horto Gethsémani orat**



*"Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum secuti sunt autem illum et discipuli et cum pervenisset ad locum dixit illis orate ne intretis in temptationem et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis et positis genibus orabat dicens Pater si vis transfer calicem istum a me verumtamen non mea voluntas sed tua fiat apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum et factus in agonia prolixius orabat et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram". (Lc 22,39-44)*

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### **Oratio Fátimae**

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

## SECUNDUM MYSTERIUM – Iesus flagellis cæditur



“Tunc ergo adprehendit Pilatus Iesum et flagellavit”. (Gv 19,1)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### Oratio Fátimae

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

## TERTIUM MYSTERIUM – Iesus spinis coronáatur



“Et milites plectentes coronam de spinis inposuerunt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum et veniebant ad eum et dicebant have rex Iudeorum et dabant ei alapas”. (Gv 19,2-3)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### Oratio Fátimae

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

**QUARTUM MYSTERIUM – *Iesus cruce oneratus Cálvariae locum adit***



“Suscepérunt autem Iesum et eduxerunt et baiulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur Calvariae locum hebraice Golgotha ubi eum cruciferunt”. (Gv 19,16-18)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

**Oratio Fátimae**

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

**QUINTUM MYSTERIUM – *Iesus in cruce móritur***



“Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt ut consummaretur scriptura dicit sitio vas ergo positum erat aceto plenum illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius cum ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est et inclinato capite tradidit spiritum”. (Gv 19,28-30)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### **Oratio Fátimae**

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

---

### **MYSTERIA GLORIAE (Dominica et Feria IV)**

#### **PRIMUM MYSTERIUM – Iesus a mórtuis resúrgit**



“Vespere autem sabbati quæ lucescit in primam sabbati venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum et ecce terraemotus factus est magnus angelus enim Domini descendit de caelo et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum erat autem aspectus eius sicut fulgur et vestimentum eius sicut nix p̄a timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui respondens autem angelus dixit mulieribus nolite timere vos scio enim quod Iesum qui crucifixus est quaeritis non est hic surrexit enim sicut dixit venite videte locum ubi positus erat Dominus et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit et ecce praecedit vos in Galilæam ibi eum videbitis ecce praedixi vobis”. (Mt 28,1-7)

**1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA**

### **Oratio Fátimae**

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

## **SECUNDUM MYSTERIUM – Iesus cælos ad Patris glóriam ascéndit**



*“Et cum haec dixisset videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum cumque intuerentur in caelum eunte illo ecce duo viri adstiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt viri galilaei quid statis aspicientes in caelum hic Iesus qui adsumptus est a vobis in caelum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum”.* (At 1,9-11)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### ***Oratio Fátimae***

**«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»**

## **TERTIUM MYSTERIUM – Spíritus Paráclitus supra discípulos descéndit**



*“Et cum conplerentur dies pentecostes erant omnes pariter in eodem loco et factus est repente de caelo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum ubi erant sedentes et apparuerunt illis dispertitiae linguae tamquam ignis seditque supra singulos eorum et repleti sunt omnes Spiritu Sancto et coeperunt loqui aliis linguis prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis”.* (At 2,1-4)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### ***Oratio Fátimae***

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

#### QUARTUM MYSTERIUM – Maria Virgo in cælum assúmpta est



“Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius”. (Lc 1,48-49)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

#### *Oratio Fátimae*

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

#### QUINTUM MYSTERIUM – Maria Virgo in cælum regína coronátur



“Et signum magnum paruit in caelo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum duodecim”. (Ap 12,1)

1 PATER NOSTER, 10 AVE MARIA, 1 GLORIA

### *Oratio Fátimae*

«O mi Iesu, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, deduc in cælum omnes animas, præsertim illas quæ maxime indigent misericordia tua.»

## SALVE REGINA

Salve Regina  
Mater misericordiae,  
Vita, dulcédo, et spes nostra, salve.  
Ad te clamámus  
éxsules filii Hévae.  
Ad te suspirámus,  
geméntes et fléntes  
in hac lacrimárum valle.  
Éia érgo, Advocáta nostra,  
íllos túos misericórdes óculos  
ad nos convérte.  
Et Iesum,  
benedictum fructum ventris tui,  
nobis, post hoc exsílum, osténde.  
O clémens, o pia,  
o dulcis Virgo Maria.

### Litaniae Lauretanae

**Kýrie, eléison** – Kýrie, eléison  
**Christe, eléison** – Christe, eléison  
**Kyrie, eléison** – Kyrie, eléison  
**Christe, audi nos** – Christe, audi nos  
**Christe, exáudi nos** – Christe, exáudi nos

**Pater de cáelis, Deus** – Miserére nobis  
**Fili, redémptor mundi, Deus** – Miserére nobis  
**Spíritus Sancte, Deus** – Miserére nobis  
**Sancta Trínitas, unus Deus** – Miserére nobis

**Sancta María** – Ora pro nobis  
**Sancta Dei génetrix** – Ora pro nobis  
**Sancta Virgo vírginum** – Ora pro nobis

**Mater Christi** – Ora pro nobis  
**Mater Ecclésiae** – Ora pro nobis  
**Mater divínae grátiae** – Ora pro nobis

**Mater puríssima** – Ora pro nobis  
**Mater castíssima** – Ora pro nobis  
**Mater invioláta** – Ora pro nobis  
**Mater intemeráta** Ora pro nobis  
**Mater amabilis** Ora pro nobis  
**Mater admirábilis** – Ora pro nobis  
**Mater boni consílii** – Ora pro nobis  
**Mater Creatóris** – Ora pro nobis  
**Mater Dei Corredemptrix Mundi** – Ora pro nobis  
**Mater Salvatóris** – Ora pro nobis  
**Mater misericórdiae** – Ora pro nobis  
**Mater Salutis** – Ora pro nobis

**Virgo prudentíssima** – Ora pro nobis  
**Virgo veneránda** – Ora pro nobis  
**Virgo praedicánda** – Ora pro nobis  
**Virgo potens** – Ora pro nobis  
**Virgo clemens** – Ora pro nobis  
**Virgo fidélis** – Ora pro nobis

**Spéculum iustítiae** – Ora pro nobis  
**Sedes sapiéntiae** – Ora pro nobis  
**Cáusa nóstrae laetítiae** – Ora pro nobis  
**Vas spirituále** – Ora pro nobis  
**Vas honorábile** – Ora pro nobis  
**Vas insígne devotiónis** – Ora pro nobis  
**Rosa mýstica** – Ora pro nobis  
**Turris Davídica** – Ora pro nobis  
**Turris ebúrnea** – Ora pro nobis  
**Domus áurea** – Ora pro nobis  
**Fóederis arca** – Ora pro nobis  
**Iánua cáeli** – Ora pro nobis  
**Stella matutína** – Ora pro nobis  
**Salus infirmórum** – Ora pro nobis  
**Refúgium peccatórum** – Ora pro nobis  
**Consolátrix afflictórum** – Ora pro nobis  
**Auxílium christianórum** – Ora pro nobis  
**Advocáta nostra** – Ora pro nobis  
**Corredemptrix mundi** – Ora pro nobis  
**Mediatrix Omníum Gratiarum** – Ora pro nobis

**Regína angelórum** – Ora pro nobis  
**Regína patriarchárum** – Ora pro nobis  
**Regína prophetárum** – Ora pro nobis  
**Regína apostolórum** – Ora pro nobis

**Regína mártirum** – Ora pro nobis  
**Regína confessórum** – Ora pro nobis  
**Regína vírginum** – Ora pro nobis  
**Regína sanctórum ómnium** – Ora pro nobis  
**Regína sine labe origináli concépta** – Ora pro nobis  
**Regína in cáelum assúmpta** – Ora pro nobis  
**Regína sacratíssimi Rosárii** – Ora pro nobis  
**Regina familiae** – Ora pro nobis  
**Regína pacis** – Ora pro nobis  
**Regina Mundi** – Ora pro nobis

**Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi**  
*Párce nobis, Dómine*

**Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi**  
*Exáudi nos, Dómine*

**Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi**  
*Miserére nobis*

**Ora pro nobis, Sancta Dei Génetrix.**  
*Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.*

### **Orémus**

Concéde nos fábulos tuos, quáesumus, Dómine Deus,  
perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére, et, gloriósa beátae Maríae semper vírginis  
intercessióne, a praesénti liberári tristítia et aetérna pérfrui laetítia.  
Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## **MEMORARE**

**Memoráre, o piíssima Virgo María,**  
**non esse auditum a sáculo,**  
**quemquam ad tua curréntem præsidia,**  
**tua implorántem auxilia,**  
**tua peténtem suffrágia, esse derelíctum.**

**Ego tali animátus confidéntia, ad te,**  
**Virgo Virginum, Mater, curro, ad te vénio,**  
**coram te gemens peccator adsisto.**

**Noli, Mater Verbi, verba mea despícere;**  
**sed áudi propitia et exáudi.**

**Amen.**

## **Sub tuum praesídium**

**Sub tuum praesídium** confúgimus,  
sancta Dei Génetrix;  
nostras deprecatiónes ne despícias  
in necessitáibus;  
sed a perículis cunctis  
líbera nos semper,  
Virgo gloriósa et benedícta.

## **Angele Dei**

**Angele Dei,**  
qui custos es mei,  
me, tibi commíssum pietáte supérna,  
illúmina, custódi,  
rege et gubérrna.

Amen.

## **Réquiem aetérnam**

**Réquiem aetérnam** dona eis, Dómine,  
et lux perpétua lúceat eis.  
Requiéscant in pace. Amen.

*Nos cum prole Pia, benedicat Virgo Maria*